

VACCA, CAPELLA, OVIS ET LEO

Numquam est fidelis cum potente societas.
 Testatur haec fabella propositum meum.
 Vacca et capella et patiens ovis iniuriae
 socii fuere cum leone in saltibus.
 Hi cum cepissent cervum vasti corporis
 sic est locutus partibus factis leo:
 'Ego primam tollo nominor quoniam leo;
 secundam quia sum fortis tribuetis mihi;
 tum quia plus valeo me sequetur tertia;
 malo adficietur si quis quartam tetigerit'.
 Sic totam praedam sola improbitas abstulit.

A VACA, A CABRITA, A OVELHA E O LEÃO⁴

Uma sociedade com um poderoso nunca é segura.
 Esta pequena estória confirma meu propósito.
 A vaca, a cabrita e a ovelha, acostumada a sofrer,
 aliaram-se ao leão na floresta.
 Estes, tendo capturado um grande cervo⁵,
 feita a divisão, assim falou o leão:
 "Eu levo a primeira parte, porque me chamo leão;
 a segunda vocês darão a mim, porque sou forte;
 então, como valho mais, a terceira me seguirá;
 se alguém tocar a quarta, será atingido pelo mal."
 Assim, só a maldade levou toda a presa.

⁴ Tradução de Alessandra Bittencourt Flach, Luciana de Moraes Schenkel e Miriam Queiroz Muller.

⁵ N.T. *Cervum vastis corporis* foi traduzido apenas por *grande cervo*, por não ser usual, em português, a expressão *cervo de grande corpo*.